

/ Ill/me ac Rev/me Dñe

Placuit Rev/mo patri Abbati generali, qui me usque ad Taurinum secum duxit, sicut etiam patri provinciali me in priorem monasterii Gentiliniensis confirmare, quod fecerunt videntes me semper obedis-
5 bedisse promptissime Ill.D.V. et illis, sicut toto tempore vitae meae faciam, sed quoniam in obedientia dicti prioratus appositae est haec clausula (sub beneplacito Ill.D.V.) idcirco Illam humillime deprecor, ut ipsam per litteras ad me directas confirmare dignetur, sicut etiam scibere ad patrem provincialem, ut omnium
10 praeteritorum immemor me commendatum habeat: hanc gratiam ab Ill.D.V. peto pro cuius incolumitate Deo opt.max. effundere preces non desistam. Taurino 3/a decembris 1618.

Ill/mae et Rev/mae D.V.

Humillimus atque obedientissimus in Xpo filius

15 f.Deserre, prior de Gentilinis indignus.

Ill/mo et R/mo Card.protectori.